

Manlio Sodi – Alessandro Toniolo – Giovanni Zaccaria
a cura di

ORATIONES
SUPER PSALMOS ET CANTICA

Il canto dei Salmi e dei Cantici
si arricchisce con la preghiera della Chiesa

Presentazione di
Sua Em. il Card. Arthur Roche

EDUSC 2026

PRESENTAZIONE

«Il sommo Sacerdote della nuova ed eterna Alleanza, Cristo Gesù, prendendo la natura umana, ha introdotto in questo esilio terrestre quell'inno che viene eternamente cantato nelle sedi celesti. Egli unisce a sé tutta l'umanità, e se l'associa nell'elevare questo divino canto di lode». Sono le parole di *Sacrosanctum Concilium* 83, con cui i Padri del Concilio Vaticano II aprivano il capitolo dell'Ufficio Divino indicando di seguito anche le prospettive della sua revisione, riforma e arricchimento.

La laboriosa preparazione dell'*editio typica* della *Liturgia Horarum* ad opera della Sacra Congregazione per il Culto Divino, apparsa nel 1971, era introdotta dalla Costituzione apostolica *Laudis canticum* di san Paolo VI: un testo quanto mai prezioso ed essenziale per poter entrare nei dinamismi della preghiera ufficiale della Chiesa, ben presentati nel documento successivo circa i «Principi e norme per la Liturgia delle Ore». Il contenuto di quei 284 paragrafi permane, nella sua profondità, quanto mai attuale perché la preghiera ufficiale della Chiesa possa essere vissuta in pienezza ed essere capace di esprimere quel *sacrificium laudis* che ogni credente innalza al Padre con la propria vita.

Da quel tempo la Liturgia delle Ore si è diffusa ovunque, diventando esperienza quotidiana sia di coloro che vivono nel sacramento dell'Ordine, sia di tanti fedeli che nell'incontro con le espressioni racchiuse nei Salmi e nei Cantici trovano alimento e linfa vitale per la propria spiritualità.

Tra i numerosi elementi che «Principi e norme» ricordano, sono presenti – oltre ai titoli e alle antifone – anche le orazioni salmiche che «hanno il fine di aiutare coloro che recitano i Salmi a interpretarli in senso soprattutto cristiano...» (n. 112). Le parole non suggerivano una nuova prassi, ma solo il richiamo ad una tradizione molto ricca di testi che, lungo la storia e nei contesti ecclesiali più diversi, sono stati elaborati.

Rimaneva, da parte del Dicastero per il Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti, l'impegno di offrire una nuova raccolta di *Orationes*, predisposte a completamento della preghiera con i Salmi e i Cantici. Il risultato – che insieme al ciclo biennale dell'Ufficio delle Letture e al *Lectionarium ad libitum* formano il *Supplementum* della *Liturgia Horarum*, che verrà a breve pubblicato in *editio typica* – è già a disposizione delle Conferenze Episcopali per avviare il laborioso lavoro di traduzione nelle diverse lingue, in modo da arricchire anche con i nuovi testi la preghiera ufficiale.

PRESENTAZIONE

In particolare, il Dicastero è lieto di prestare il proprio contributo a quest'opera che mentre predispone i testi in ordine alfabetico secondo il loro *incipit*, offre – in particolare – una concordanza verbale per poter essere di aiuto a tutti coloro che dovranno provvedere alla traduzione, come pure allo studio della ricchezza teologica e spirituale dei testi.

Questa pubblicazione è in linea con quanto avvenuto in occasione della pubblicazione dell'*editio typica tertia* del *Missale Romanum* nel 2002: l'edizione della *Concordantia et Indices Missalis Romani* per opera della Libreria Editrice Vaticana, realizzata nello stesso anno, fu di aiuto per il laborioso impegno delle traduzioni in lingua viva, come – del resto – permane di aiuto per coloro che vogliono approfondire la teologia racchiusa nei testi eucologici.

Il Dicastero intende esprimere il proprio ringraziamento sia ai Curatori di queste pagine e sia soprattutto a Coloro che in questi decenni hanno dato forma alle *Orationes* perché la Chiesa di Rito Romano sia arricchita nel proprio dialogo con Dio Trinità, alla luce del mistero di Cristo.

Città del Vaticano, in *Epiphania Domini* 2026

Card. Arthur Roche

*Prefetto del Dicastero per il Culto Divino
e la Disciplina dei Sacramenti*

LE ORATIONES SUPER PSALMOS ET CANTICA

Un prezioso *Supplementum* alla *Liturgia Horarum* del Rito Romano

«Con il Giubileo rilanciare la formazione alla preghiera della Chiesa». Con questo titolo *l'Osservatore Romano* del 23 dicembre 2024 riportava un'intervista al card. Roche sulla imminente pubblicazione di due progetti molto importanti e attesi da tempo: un *Supplementum* alla Liturgia delle Ore e alla terza edizione tipica del *Martyrologium Romanum*; questo quanto si legge:

«Il 28 ottobre 2024 si è tenuta un'Assemblea Ordinaria del Dicastero che ha espresso all'unanimità il proprio *placet* alla pubblicazione di entrambi i libri liturgici. Inoltre sono lieto di annunciare che il Santo Padre, nell'udienza concessami lo scorso 12 dicembre, ha dato la sua approvazione. Pertanto, quanto prima potremo dare inizio al processo di pubblicazione.

Innanzitutto, desidero cominciare parlando del *Supplementum* della Liturgia delle Ore, poiché con esso ci troviamo davvero di fronte ad un momento significativo della realizzazione del progetto di riforma voluto dal Concilio Vaticano II. Infatti, tale libro porta a compimento quanto definito dalla *Institutio Generalis de Liturgia Horarum*. L'iter di questo progetto è stato particolarmente impegnativo e, nel corso di tanti decenni, ha coinvolto importanti esperti di liturgia. Ora abbiamo finalmente l'opportunità, grazie a questo lavoro ricco e corposo, di "aprire più largamente il tesoro della tradizione della Chiesa a coloro che celebrano l'Ufficio divino", come si afferma in *Principi e Norme per la Liturgia delle Ore*».

Accostare e pregare i Salmi e i Cantici alla luce delle orazioni salmiche costituisce un'occasione per sperimentare il modo secondo cui la Chiesa lungo la tradizione valorizza il testo salmodico alla luce di Cristo.

Pregare i singoli Salmi anche con l'aiuto delle orazioni salmiche offre una lezione di esegesi e di spiritualità quanto mai unica. È in definitiva la risposta a quanto Gesù stesso ricorda ai discepoli di Emmaus: «... cominciando da Mosè e da tutti i profeti spiegò loro in tutte le Scritture ciò che si riferiva a lui» (Lc 24,27).

In continuità con la preghiera del tempio e della sinagoga, la Chiesa ha scelto i salmi come fondamento della propria preghiera liturgica, accogliendoli e valorizzandoli però sempre alla luce del mistero di Cristo.¹ Da

¹ Per accostarsi alla storia della Liturgia delle Ore permane sempre la classica opera di S. BÄUMER – R. BIRON, *Histoire du Bréviaire*, 2 voll., Paris 1905, anastatica Herder, Rome 1967: vol. I. pp. XXIV+440; vol. II. pp. 532 (da quest'opera dipen-

questa prospettiva traggono origine le orazioni salmiche: quei testi, cioè, che sono stati elaborati a partire dai temi del Salmo, che a loro volta danno origine alla supplica della Chiesa.

La tradizione antica e recente racchiude una serie abbondante di simili composizioni; tutto questo certifica l'inesauribilità della tematica del singolo Salmo o Cantico.²

Come si presentano i contenuti del *Supplementum*? Percorrerne la loro distribuzione secondo lo schema dei Salmi e Cantici presenti nella *Liturgia Horarum* permette di osservarne la presenza e l'uso. I testi delle *Orationes* sono riportati qui di seguito seguendo la struttura dell'Ordinario della Liturgia delle Ore; i testi sono riportati senza il *Per Christum* o il *Qui vivit*, ma con l'aggiunta del numero che rinvia alle pagine successive dove le *Orationes* sono riportate in ordine alfabetico secondo l'*incipit*.

1. ALLA LUCE DELL'ORDINARIUM DELLA LITURGIA HORARUM

Per l'*Invitatorium*: premesso che in ogni celebrazione in comune è possibile valorizzare l'orazione salmica dopo il *Gloria*, la ripetizione dell'antifona, e dopo un breve silenzio, senza dire *Oremus*, si può pregare uno dei testi che seguono in accordo con uno dei Salmi proposti.

- *Psalmus 94 (95)* - Salutáre exímium ómnium populórum Dómine, réspice propítius super oves gregis tui, quæ hic præséntes ante te prócidunt ad vocem tuam audiéndam, et concéde eis, cum ætérnum pervénerit hódie, introíre in réquiem tuam. ⇒ 215
- *Vel: Psalmus 99 (100)* - Iubilámus tibi, Dómine, psalléntes hódie in lætítia et exultatióne, poscéntes ut, adiuvánte tua misericórdia, portas tuas in confessióne et átria tua in hymnis omnes in ætérnum introíre valeámus. ⇒ 19; 152
- *Vel: Psalmus 66 (67)* - Illúmina, Dómine, hódie vultum tuum super nos, et misericórdiam nobis úberem beneditionémque largíre perpétuam, ut, confidéntes tibi in timóre sancto, fructum iustítiæ reportáre mereámur. ⇒ 24; 144
- *Vel: Psalmus 23 (24)* - Dómine fortis et potens, qui rex glóriæ es, cor nostrum mundum serva et manus innocéntes, ut nos, Ecclésiæ tuæ filii, cotídie stábili fide et bonum operántes in laude nóminis tui perseverémus. ⇒ 45; 101; 143

dono la maggior parte delle informazioni passate nei manuali apparsi successivamente fino a tempi recenti).

² La rinnovata edizione del *Liber Orationum Psalmographus* (cf più avanti) costituisce una testimonianza eloquente di una pagina preziosa della tradizione.

2. PRIMA SETTIMANA DEL SALTERIO

2.1. *Domenica*

2.1.1. Primi Vespri

- *Psalmus 140 (141), 1-9* - Inténde, Dómine, oratióem elevationémque mánuum nostrárum, quæ sicut incénsus et sacrificium vespertinum in conspéctu tuo dirigúntur, et custódi, quæsumus, nos ab omni malítia et iniquitáte ut, huius vitæ brevi superáto discrímine, cum Christo ad perénnem glóriam pertransíre valeámus. ⇒ 150
- *Psalmus 141 (142)* - Pater omnípotens, qui preces Fílii tui patiéntis exaudísti, concéde, quæsumus, nobis ut, húmili voce pietátem tuam deprecántes, liberáti a persecúntibus et edúcti de custódia tribulatiónis, portióem cum iustis in terra vivéntium sortiámur. ⇒ 198
- *Canticum Phil 2, 6-11* - Deus, qui ita mundum dilexísti, ut Fílium tuum unigénitum dares, præsta, quæsumus, ut Servo illi patiénti conformáti, sicut terréni hómínis imáginem per nativitátem portávimus, ita, per grátiam, et cæléstis ducámus, Iesu Christi, qui tecum coætérnus vivit et regnat in sácula sæculórum. ⇒ 62

2.1.2. Ufficio delle lettere

- *Psalmus 1* - Præsta, Dómine, ut in legis tuæ meditatióne diéi ac noctis témpora transeámus, et éffice nos, sperántes in Christo ex aqua et Spírítu regenerátos, tamquam lignum secus decúrsus aquárum, ut, ímbribus grátiae tuæ irrigátos, tibi suáviúm frúctuum ubertáte iúgiter placére valeámus. ⇒ 205
- *Psalmus 2* - Dómine Deus, qui gentes Unigénito tuo in hereditátem dedísti, regi constitúto super Sion montem sanctum Ecclésiæ tuæ, disrúmpe, quæsumus, víncula peccatórum, ut omnes hómínes, iugo tuæ servitútis innéxi, hodiérnum mundum in nova lege váleant fundáre. ⇒ 93
- *Psalmus 3* - Dómine Deus, qui Fílium tuum ab inimícis opprèssum ad te clamántem exaudísti et obdormiéntem ex mórtuis suscitásti, exsúrge in auxiliúm Ecclésiæ tuæ ut exáltet caput suum, et effúnde benedictióem tuam super pópulum acquisitionis tuæ, ut sine metu testimónium iustítiae perhíbeat. ⇒ 91

2.1.3. Lodi mattutine

- *Psalmus 62 (63), 2-9* - Deus, quem sitit ánima nostra et caro nostra desiderat, filiis tuis, qui te quærunt in matutínis, levántes manus in oblatióne et voces in laude, concéde, quæsumus, ut, grátia tua adiuvánte, in caritaté operémus ad Regnum tuum diffundéndum. ⇒ 51
- *Canticum Dan 3, 57-88. 56* - Omnípotens sempitérne Deus, qui cunctórum cælitum laudem adorationémque per sácula in sólio glóriæ tuæ récipis, gratiárum étiam actionem cum laude ómnium creaturárum propítius admítte, quam Ecclésia tua tibi offert per Iesum Christum, ómnium mediatórem et Dóminum. ⇒ 187
- *Psalmus 149* - Auctor totíus bonitátis Deus, qui omnem mansuétum te humíliter confiténtem exáltas, præsta ut, sicut sanctos iubiláre facis in glória, ita Ecclésia tua in terris bonis opéribus inténta cum eléctis tuis cánticum novum tibi coram Fílio tuo cantáre possit. ⇒ 10

2.1.4. Ora media

- *Psalmus 117 (118)* - Bonitátis ætérnæ Deus, qui hunc diem ineffábili gáudio nobis largíris insígnem, quóniam Christus Iesus lapis, ab ædificatóribus reprobátus, factus est caput ánguli domus spiritális, exálta, quæsumus, Ecclésiám tuam ut résonent in tabernáculis suis voces iubilatiónis, ad victoriam paschálem illíus celebrándam, qui ad nos venit benedíctus. ⇒ 18

2.1.5. Secundi Vespri

- *Psalmus 109 (110), 1-5. 7* - Omnípotens sempitérne Deus, qui Verbum tuum ante lucíferum génitum, caro factum sacerdotem in ætérnum secúndum órđinem Melchisedech constituísti, concéde ut, subiéctis inimícis, sedens a dextris tuis, Ecclésiám quam fundávit, abláta dominationé peccáti et mortis, ad te perdúcat. ⇒ 189
- *Psalmus 113 A (114)* - Dómine Deus, ineffábilis únitas Trinitátis, qui ex aqua et Spírítu suscitásti genus eléctum, regále sacerdotium, pópulum acquisitiónis ætérnæ, concéde, quæsumus, iis quos, repudiáto peccáto, ad novæ lucis vocásti splendórem, secúndum Evangélii veritátem fidéliter vívere. ⇒ 88
- *Canticum Cf. Ap 19, 1-2.5-7* - Omnípotens et miséricors Pater, qui per Dóminum nostrum Iesum Christum, Ecclésiám tuam immaculátam sponsam in suo ságuine effecísti, audi benígne, quæsumus, vocem eius clamántis ac Spírítus advéntum suspirántis, et eam sanctífica in laudem et glóriám tuam. ⇒ 180

- *Vel:* - Dómine Iesu Christe, qui Ecclésiám immaculátam sponsam tibi in tuo sángine effecísti, doce eam, quæsumus, audíre vocem Sancti Spíritus in ea clamántis ac advéntum tuum suspirántis ut ómnia in laudem et glóriam Dei Patris dirigántur. ⇒ 103
- *Tempore Quadragesimæ: Canticum 1 Petr 2, 21-24* - Vestígia Christi, Dómine, nos prémere concéde, ut, amántes eos a quibus non redamámur, una cum Fílio tuo pro frátribus nostris unitátis pacisque signum et fons fieri valeámus. ⇒ 227

2.2. Lunedì della prima settimana

2.2.1. Ufficio delle letture

- *Psalmus 6* - Deus misericórdiæ atque pietátis amátor, qui vitam largírís et ímperas morti, Ecclésiám tuam tot vulneribus sauciátam respice ac dignánter gémitum plebis tibi sacrátæ laborántis súscipe, eámque in Fílio tui resurrectione restáura, ut novo te semper váleat magnificáre præcónio. ⇒ 37
- *Psalmus 9 A (9)* - Dómine Deus noster, qui paras in iudício misericórdiam tuam et páuperum tuórum clamórem non oblivísceris, sed persecutórum confúndis insániam, sicut mundum univérsum de portis mortis victória passiónis Fílii tui liberásti, esto nunc, quæsumus, redempti pópuli tui refúgium et custódiam. ⇒ 79

2.2.2. Lodi mattutine

- *Psalmus 5, 2-10. 12-13* - Adésto, quæsumus, Dómine, famíliæ tuæ quæ tibi mane adstat et sicut intéllegis gémitum eius atque odísti iniquitátem et abomináris mendácium, dírige in conspéctu tuo viam famulórum tuórum, ut omnes qui sperant in te læténtur in Christo per magnitúdinem misericórdiæ tuæ, et semper quæ tibi sunt plácita ágere mereántur. ⇒ 2
- *Canticum 1 Chr 29, 10-13* - Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Iesu Christi, qui nos ad glóriam tuam tuúmque servítium summa bonitáte creásti et in Fílio tuo recreásti, áccipe, quæsumus, gratiárum actiónem Ecclésiæ tuæ, quæ te Patrem agnóscit, te laudat tibíque regi dignánter servíre desíderat. ⇒ 13
- *Psalmus 28 (29)* - Mirábilis Deus et rex noster, cuius vox super aquas ómnibus homínibus Fílium tuum audiéndum indicávit ut nómini tuo glóriam afférrent, præsta nobis, quæsumus, ut aquárum baptísmate in Christo fílii et templum Sancti Spíritus effécti, in splendóris tui templo mirábilia tua in ætérnum glorificémus. ⇒ 162

2.2.3. Ora media

- *Psalmus 18 B (19 B)* - Piíssime Deus, ab occúltis nostris, verbi tui grátia munda nos, et quod in nos dignátus es operári misericórdia tua confírma, ut semper in conspéctu tuo sit cordis nostri meditátio, et fides non iam servos decláret sed fílios perféctionem tuam requiréntes. ⇒ 201
- *Psalmus 7* - Omnípotens Deus, iuste iudex, fortis virtúte, pietáte pátiens, líbera plebem tuam a persecúentibus et dum nos prótegis cotidiána misericórdia, doce eam non retribuere inimícis mala pro malis sed véniam iuxta Christi præcéptum dare. ⇒ 175

2.2.4. Vespri

- *Psalmus 10 (11)* - Dómine Deus, qui iustus es et iustítiam díligis, dírige óculos pietátis tuæ super húmílem plebem tuam quæ ésurit ac sitit iustítiam, et circúmnda eam fídei et caritátis armis, ut in hac vita in te invéniat firmaméntum et in die iudícii fáciem tuam váleat contemplári serénam. ⇒ 94
- *Psalmus 14 (15)* - Fac nos, Dómine, sine mácula Ecclésiám tuam íngredi et in tuórum sémita mandatórum ambuláre, ut, iustítiam operántes, veritátem opéribus caritátis testificántes, habitáre dénique in tabernáculo tuo et requiescere in monte sancto tuo beáti possímus. ⇒ 141
- *Canticum Eph 1, 3-10* - Perénnis glóriæ Pater, qui in Christo hóminum caliginósæ ac multifórmis históriæ ratióne íntimam reserásti necnon voluntátis tuæ mystérium recapituláre decrevísti, concéde nobis ut, amóri tuo super ómnia credéntes, nosmetípsos pro electióne et benedictióne ad laudem glóriæ tuæ grates impendámus. ⇒ 200

2.3. Martedì della prima settimana

2.3.1. Ufficio delle letture

- *Psalmus 9 B (10)* - Exsúrge, Dómine, in auxílio Ecclésiæ tuæ nec in tribulatióne suis fáciem abscondas, ut, quem patrem orphanórum et páuperum abundántiam celebrámus, et in mœóre solácium et in angústis firmaméntum experiámur. ⇒ 140
- *Psalmus 11 (12)* - Dómine sancte Pater, qui propter nos páuperes Fílium tuum in mundum misísti salvatórem, miserére fragilitáti nostræ et nos in viam salutis dírige secúndum elóquium tuum, ut verba vitæ corde sincéro recipiámus, et ea perpétuo custodiámus ampléxu. ⇒ 119

2.3.2. Lodi mattutine

- *Psalmus 23 (24)* - Deus, cælórum terrarúmque dominátor et rector, qui in templum glóriæ tuæ Iesum Fílium tuum induxísti, humáni géneris consórtem et mediatórem, grátiam nobis contínuo concéde, ut in penetrália cordis nostri ipse ingrediátur Rex glóriæ et nos in monte sancto tuo demum lætántes recípiat. ⇒ 45
- *Canticum Tob 13, 2-8* - Omnípotens Pater, Deus noster, Ecclésiám tuam toto orbe diffúsam in fide confírma, unitátis signum et ferméntum ómnium géntium, ut illæ ad te convérsæ, de tuæ caritátis donis grátias tibi agant et maiestátem tuam cum sanctis laudent. ⇒ 183
- *Psalmus 32 (33)* - Deus salútis nostræ, qui per Fílium tuum, primogénitum omnis creatúræ, cælos terrámque firmásti, dona pópulo quem elegísti vita et fídei opéribus te in ómnibus glórficare, ut, misericórdia tua repléti ac iustórum gáudiis aggregáti tibi cánticum novum concínere in ætérnum mereámur. ⇒ 39

2.3.3. Ora media

- *Psalmus 118 (119), 1-8 I (Aleph)* - Deus fons caritátis, qui beatitúdinis palmam immaculátis in via et legem tuam scrutántibus tríbuis ut mandáta tua servant, fac nos iustificatiónes tuas in directiÓne cordis exquirere et custodíre. ⇒ 35
- *Psalmus 12 (13)* - Dómine Deus noster, qui in resurrectiÓne Fílii tui óculos nostros illuminásti ne umquam obdormírent in morte, noli avértere faciém tuam a pópulo acquisitiÓnis tuæ, ut inimíci nostri non exalténtur advérsus nos sed exsúltet cor nostrum et laudes tuas grato celebrémus obséquio. ⇒ 78
- *Psalmus 13 (14)* - Dignáre Dómine de cælo sancto tuo super plebem tuam prospícere, et da nobis agnóscere viam pacis in Christo, qui nos a peccáti captivitáte morte et resurrectiÓne sua liberávit, ut cæléstis Ierúsalem habitáculis iúgiter perfruámur. ⇒ 77

2.3.4. Vespri

- *Psalmus 19 (20)* - Imple, Dómine sancte Pater, petitiÓnes Ecclésiæ tuæ et mitte nobis auxiliúm de sancto, memor esto sacrificii Fílii tui pro nobis peccatóribus, et prótege ac salva nos, ut qui de ipsíus certámine partícipes effécti, de ipsíus victória triúmphi celebráre mereámur. ⇒ 147
- *Psalmus 20 (21), 2-8. 14* - Dómine Pater omnípotens, qui in cápite Fílii tui corónam posuísti de auro puríssimo, præveni, quæsumus,

Ecclésiám tuam in benedictiónibus dulcédinis, ut, ómnibus superátis advérsis, per viam vitæ ámbulans virtútes tuas cantet et de tui vultus splendóre lætétur. ⇒ 111

- *Canticum Ap 4, 11; 5, 9. 10. 12* - Dómine Deus, qui misericórdia et bonitáte per Fílium tuum fecísti nos regnum et sacerdotés ad laudem pro omni creatúra tibi canéndam et grátias de nostra redemptióne agéndas, concéde nobis scriptúræ sacræ intelléctum ut mystérium Christi tui vívere possímus. ⇒ 95

2.4. Mercoledì della prima settimana

2.4.1. Ufficio delle letture

- *Psalmus 17 (18), 2-30* - Omnípotens sempitérne Pater qui, ad ostendénda imménsæ caritátis tuæ documénta, Christum a mortis flúctibus liberásti eúmque in caput géntium constituísti, dilectiónis tuæ nobis præsta fragrántiam, ut virtus tua nostri fiat firmaméntum et conversátio nostra in viis tuis irreprehensibilis perseverét. ⇒ 190

2.4.2. Lodi mattutine

- *Psalmus 35 (36)* - Deus, fons vitæ et orígo lúminis sempitérni, qui omnes hómnes salvos fácere vis, clarífica nos cælésti misericórdia ut, iniquitátem et supérbiam renuéntes, ad torréntes tuæ caritátis pascámur et fratres nostros ad spiritáles divítias domus tuæ vita exemplóque dúcere valeámus. ⇒ 48
- *Canticum Iudt 16, 1-2. 13-15* - Dómine Deus, magnus et ineffábilis in virtúte, qui humília éligis et fórtia quæque confúndis, mirábilia amóris tui in Ecclésiám per Spíritum Sanctum rénova ut omnes gentes tibi sérviant et cánticum novum canant. ⇒ 89
- *Psalmus 46 (47)* - Rex ómnium sæculórum, Deus, cuius regnum super omnes gentes per Ecclésiám Christi tui contínuo dilatátur, súbice, quæsumus, invídias inimicórum tuórum sub pédibus tuis, ut nos, tibi lætánter psallétes, vita et móribus cunctis generatióibus fidem nostram transmíttere valeámus. ⇒ 214

2.4.3. Ora media

- *Psalmus 118 (119), 9-16 II (Beth)* - Deus, qui vias adulescéntium córrigis, a peccátis révocas, iustificatiónes doces, fac pópulum tuum in testimóniis et mandátis tuis sicut in ómnibus divítiis delectári, ut fide et caritáte tibi iúgiter sérviat. ⇒ 73

- *Psalmus 16 (17)* - Pópulum tuum, Dómine, ut pupíllam óculi benígne custódi atque gressus eius pérfice in sémitis tuis; convérte, quæsumus, óculos cordis nostri ad cernéndam tui iudícii veritátem, ut, dum hic igne spiritali probámur, de tuis in ætérnum conspéctibus cum fructu iustítiæ satiémur. ⇒ 203

2.4.4. Vesperi

- *Psalmus 26 (27)* - Adiútor ómnium Deus, qui Fílium tuum unigénitum in die malórum obsecrántem, in abscondito tabernáculi tui protexísti, præsta, quæsumus, fámulis tuis, ut semper inhábitent in domo tua et vídeant bona tua in terra vivéntium. ⇒ 4
- *Canticum Cf. Col 1, 12-20* - Mirífica misericórdias tuas, Dómine sancte Pater, qui Fílium tuum caput córporis Ecclésiæ, princípium et primogénitum ex mórtuis, in ómnibus primátum tenéntem constituísti, et concéde, quæsumus, ad tuam glóriam nos verbum tuum fidéliter implére. ⇒ 166

2.5. Giovedì della prima settimana

2.5.1. Ufficio delle letture

- *Psalmus 17 (18), 31-51* - Dómine Deus, qui protectiónis auxílio pópulo tuo iter novum in mari aperuísti, salva Ecclésiám tuam ab inimícis ómnibus, ut, fide in tua providéntia suffúlta in adversitátibus terréni itíneteris, devotíssime sancto nómini tuo psallat. ⇒ 98

2.5.2. Lodi mattutine

- *Psalmus 56 (57)* - Mitte de cælo, Dómine, misericórdiam et veritátem tuam, et sicut Fílium ad te clamántem exaudísti, precem húmilis famíliæ tuæ, quæ sub tuárum alárum umbra sperans confídat, benígne auscúlta ut, ex insidiárum fóveis érutæ, tibi confíteátur in pópulis. ⇒ 169
- *Canticum Ier 31, 10-14* - Misericordiárum Pater, qui per crucem Unigéniti tui dispérsos fílios tuos úndique congregáre voluísti, ut unum fieret ovíle et unus pastor, depérditas oves in ovíle tuum miserátus restitue et illas nondum te agnoscéntes ad Ecclésiám tuam perveníre concéde. ⇒ 168
- *Psalmus 47 (48)* - Laudábilis Deus, qui in cælésti Ierúsalem princeps magníficus invenírís, diláta mentem nostram spiritali intellegéntia, ut, misericórdia tua in nostri pécatoris templo suscepáta, digni narratióne nóminis tui habeámur. ⇒ 156

- *Vel:* - Laudábilis atque adorábilis Deus et Pater, réspice oratióne[m] famíliæ tuæ, quam in Christo fundáre atque adunáre voluísti ut sanctam et novam civitátem præparáret in terra, ubi omnes gentes amoris tui fructus gaudére possint. ⇒ 155

2.5.3. Ora media

- *Psalmus 118 (119), 17-24 III (Ghimel)* - Deus, qui nos manu plasmásti et misericórdia redemísti, fac nos in testimoniis et mandátis tuis præ ómnibus divitiis delectári ut, corroboráti per Christum, in ipso nostra spes fixa permáneat caritátisque efficiámur sublimes, in quo ædificámur fide credétes. ⇒ 65
- *Psalmus 24 (25)* - Dómine Deus, qui peccatóribus pepercísti et vias tuas eis demonstrásti, líbera pópulum tuum ab ómnibus angústiiis et éru[e] eum in dulcédine tua ut non confundátur, atque Ecclésiæ tuæ spes iúgiter compleátur. ⇒ 97

2.5.4. Vespri

- *Psalmus 29 (30)* - Salva nos clamátes ad te, Dómine, ut qui Fílium tuum véspere passiónis tamquam dormiétem flemus, ad matutínium resurgéntem in nobis exsultémus et, convérso planctu nostro in gáudium, semper tibi psallámus atque in delectatió[n]ibus tuis consórtium beatitúdinis admítte. ⇒ 216
- *Psalmus 31 (32)* - Cleméntiæ et bonitátis Pater, qui, ad tuam indignationem a nobis averténdam, Fílio tuo non pepercísti, nos velut pródigos fílios ad te revertétes ampléctere, ut in te confiténd[o] circumdári nos misericórdia tua sentiámus. ⇒ 22
- *Canticum Ap 11, 17-18; 12, 10b-12a* - Deus, qui veram lætítiam nobis in Christo attulísti, malum peccáti tollens ac déstruens, concéde nobis, quæsumus, usque ad mortem fidelitátem verbo testimoni[i] tui et pro amóre tuo ómnia advér[s]a toleráre. ⇒ 72

2.6. Venerdì della prima settimana

2.6.1. Ufficio delle letture

- *Psalmus 34 (35), 1-2. 3 c. 9-19. 22-23. 27-28* - Omnípotens Pater, misericórdiæ et bonitátis fons, qui auxiliu[m] dilécto Fílio tuo, contra exprobrátes sine causa ánimam eius, attulísti, réspice Ecclésiám ad te peregrinántem, ut in te agnóscat præsidium perpétuum et frúctibus redemptió[n]is cum eléctis frui mereátur. ⇒ 184

2.6.2. Lodi mattutine

- *Psalmus 50 (51)* - Réspice, Dómine, cor nostrum contrítum nec spíritum humiliátum despicias sed miserére nostri, secúndum magnam misericórdiam tuam, et super nivem deálba nos a peccátis nostris, ut Spíritus Sanctus tuus, cáritas infiníta, cor mundum in nobis váleat creáre et, spírítu renováti, novum hóminem indúere valeámus. ⇒ 213
- *Canticum Is 45, 15-25* - Dómine, Deus noster, mundi creátor ac redémptor, qui dona tua abscondísti in crucis mystério, quæ robur et sapiéntia est humílibus, scándalum vero et stultítia supérbis, mirábília redemptiónis tuæ per Ecclésiam ómnibus géntibus revéla ut te solum salvatórem confiteántur. ⇒ 122
- *Vel:* - Dómine, Deus noster, mundi creátor, qui in Christi cruce iustítiam tuam absconditam revelásti, quæ robur et sapiéntia est humílibus, scándalum vero et stultítia supérbis, doce omnes gentes ineffábilem amórem tuum agnóscere, ut solum te únícum et verum Deum salvatórem confitéri possint. ⇒ 123
- *Psalmus 99 (100)* - Carmen novum, tibi, Dómine, nómini tuo benedicéntes cánimus quóniam suávis es et magnus in misericórdia qua fecísti nos pópulum tuum et oves páscuæ tuæ, concíves sanctórum et domésticos tuos, ut tandem cívitas de cælo Ierúsalem nova, immaculáta Fílii tui sponsa ómnibus gloriósa appáreat. ⇒ 19

2.6.3. Ora media

- *Psalmus 118 (119), 25-32 IV (Daleth)* - Vivífica nos secúndum verbum tuum, Dómine, et avérte a nobis viam mendácii ut ánima nostra cúrrere possit viam mandatórum tuórum in iustítia et caritáte usque dum in ætérnum tibi vivat. ⇒ 229
- *Psalmus 25 (26)* - Accénde igne Sancti Spíritus cor nostrum, Dómine, atque nobis supplícibus misericórdiam tuam largíre, ut redemptióne Fílii tui in innocéntiam restitútis, in via recta vita nostra consístat, et mundo corde tibi placeámus. ⇒ 1
- *Psalmus 27 (28), 1-3. 6-9* - Adiútor ómnium Deus Pater, qui exaudísti supplicatiónes Dómini nostri Iesu Christi cum vocem in lamentatióne leváret, confírma, quæsumus, fidelitátem nostram ut, per eum corroboráti, erga nos peccatoríbus semper dimíttere valeámus. ⇒ 3

2.6.4. Vespri

- *Psalmus 40 (41)* - Dómine sancte Pater, qui per Fílium tuum misericórdes appellásti beátos, doce nos super páuperes fratérno sociári subsidió, ut tua iúgiter benedictióe ac protectióe nos quoque suscipiat déxtera tua et in conspéctu tuo confírmet. ⇒ 118
- *Psalmus 45 (46)* - Dómine Deus omnípotens, qui pópulo tuo fidéli semper refúgium fuísti, aufer de mundo huius témporis perturbatióes et bella, custódi et sanctífica civitátem tuam novam, ut in pace ópera et prodígia tua contéplans investigábiles divítias Christi ómnibus homínibus váleat evangelizáre. ⇒ 80
- *Canticum Ap 15, 3-4* - Deus, qui in Christo Pascha nostra fœdus novum consecrásti, concéde, quæsumus, fámulis tuis, ut mirábilia tua in mundo renuntiáre et frátribus caritáte non ficta salutis consílium ad finem perdúctum váleant properáre. ⇒ 60

2.7. Sabato della prima settimana

2.7.1. Ufficio delle letture³

- *Psalmus 104 (105)* - Deus, qui per Fílium tuum in Ecclésia veráciter adimplésti quod in Abraham, Ioseph et Móyse præfigurásti, sicut filios tuos in desérto saturásti cum aqua viva de petra et pane de cælo, nos quoque, quæsumus, mýsticis dápiibus verbi et Córporis Sanguinísque Christi tui fove ut, mémoires mirabílium tuórum, te indesinénter testificémur. ⇒ 66
- *Psalmus 130 (131)* - Dómine Iesu, qui humílibus regnum cælórum promíttis, supérbiam in corde nostro numquam dominári permíttas, sed redde ánimam nostram pacátam et quiétam sicut ablactátus in sinu matris suæ, ut nunc et semper in Patris misericórdia speráre possímus. ⇒ 107
- *Psalmus 131 (132)* - Omnipotens Deus, qui Sion in habitatióem tuam elegísti et in réquiem tuam parásti Christo tuo lucérnam perpétuæ claritátis, da nobis, quæsumus, tibi nostris córdibus locum præparáre, quo lúceat super nos tuæ sanctificatióis diadéma. ⇒ 176; 177

³ Si offrono tre *Orationes*: il Salmo 104 (105) è proposto per i tempi così detti forti (Avvento, Natale, Quaresima e Pasqua); mentre il Salmo 130 (131) e il Salmo 131 (132) sono indicati per il tempo durante l'anno.

2.7.2. Lodi mattutine

- *Psalmus 118 (119), 145-152 XIX (Coph)* - Deus, qui ad te dilúculo toto corde clamántes et in verba tua sperántes cleménter exáudis, ad preces humilitátis nostræ inténde, et hanc diem ad laudem tuam fac nos transígere. ⇒ 53; 54; 82
- *Canticum Ex 15, 1-4b. 8-13. 17-18* - Victóriæ salutísque Deus, Israéli pópulo tuo patrátá olim mirábília, pro mundi salúte cleménter rénovas nostris étiam diébus et, sicut Pharaónem et exércitum eius in mare proiecísti, ita aquis baptísmatis nos mórtuos peccáto effecísti et vita nova donásti, ad æténa pascua per Spíritum tuum, una cum ómnibus in te sperántibus, perdúcere dignéris. ⇒ 228
- *Psalmus 116 (117)* - Omnípotens Deus, cui omnes gentes et pópuli laudes éfferunt propter misericórdiam, confírma Ecclésiám tuam, quæsumus, ut tua pietáte confortétur et in omnem veritátem per Spíritum tuum Sanctum dirigátur. ⇒ 172; 173

2.7.3. Ora media

- *Psalmus 118 (119), 33-40 V (He)* - Vivífica pópulum acquisitionis tuæ, Dómine, in æquitáte, et inclína corda filiórum tuórum in testimónia tua et non in avarítiam, intelléctum da eis, ut legem novam intímus scire possint et inexplébili voluntáte implére. ⇒ 230
- *Psalmus 33 (34)* - Benedícat te, Dómine, omni témpore ánima nostra, quia dum Ecclésiám tuam disciplína córrigis et indulgéntia foves, córpora nostra páriter et corda pacíficas, ut semper te magnificémus in unitáte fídei collécti et in caritáte fervéntes. ⇒ 12

3. SECONDA SETTIMANA DEL SALTERIO

3.1. Domenica

3.1.1. Primi Vespri

- *Psalmus 118 (119), 105-112 XIV (Nun)* - Sit lucérna pédibus nostris, Dómine sancte Pater, verbum tuum, et lumen sémitis nostris, ut præcéptum Christi tui vitam nostram ínstruat et quo properémur osténdat. ⇒ 220; 221
- *Psalmus 15 (16)* - Dómine Deus, qui cálicem amaríssimæ passiónis et mortis Fílio tuo in hereditátem dedísti, nec Sanctum tuum

passus es corruptiónem vidére, Ecclésiám tuam consérva, et éffice voluntátes tuas nobíscum, ut, grátia tua renáti, mereámur a dextris tuis cum sanctis ómnibus delectári. ⇒ 90

- *Canticum Phil 2, 6-11. Oratio ut in hebdomada I, Dom. ad I Vesp.* ⇒ 62

3.1.2. Ufficio delle letture

- *Psalmus 103 (104)* - Omnium visibílium creátor, Deus, qui cuncta in Christo, Sapiéntia tua, fecísti et providéntia sústines, et per Fílium tuum recapituláre inténdis, írriga, quæsumus, corda nostra et fáciem terræ rénova vivis aquis Spíritus Sancti, ut plebs dilectiónis tuæ in terra peregrínans, cánticum ætérnæ benedictiónis in pátria cælésti tibi cóncinat. ⇒ 194

3.1.3. Lodi mattutine

- *Psalmus 117 (118). Oratio ut in hebdomada I, Dom. ad Horam mediam.* ⇒ 18
- *Canticum Dan 3, 52-57* - Dómine Deus, qui flammas ignis ardéntis iuvénibus fidélibus temperásti, fámulos tuos prótege tibi devótos eósque a peccáti plaga et ab ígneis passiónibus defénde, quo grátias et glóriam tibi réferant. ⇒ 92
- *Psalmus 150* - Deus, cónditor univérsæ creatúræ, præsta nos ánima et córpore in hac vita terréna te glorificáre, ut cum sanctis tuis in ætérna lætítia felíciter una cum choris angelórum, in ætérnis psaltério et cýmbalis, multitudínem magnitúdinis tuæ perénniter laudáre valeámus. ⇒ 46

3.1.4. Ora media

- *Psalmus 22 (23)* - Dómine Iesu Christe, qui pastor bonus a Patre missus es ut fílios suos ad fontes vitæ condúceres, Spíritu Sancto tuo confirmáres atque ad mensam Córporis et Sánguinis pásceres, duc Ecclésiám tuam quo præmíum promíttis ætérnum. ⇒ 104
- *Psalmus 75 (76)* - Deus, poténtia terríbilis et mirábilis sanctitáte, qui per crucis virtútem mortis stímulum confregísti et omnes mansuétos terræ salvos fíeri voluísti, exsúrge in auxiliúm pópuli tui eíque salútem concéde perpétuam ut cáreat ignomínia futúri iudícii. ⇒ 50

3.1.5. Secundi Vespri

- *Psalmus 109 (110), 1-5. 7. Oratio ut in hebdomada I, Dom. ad II Vesp.*
⇒ 189
- *Psalmus 113 B (115) - Creátor cæli et terræ, Deus, adiutórium et scutum in te credéntium, præsta, quæsumus, ut nos convèrsi ad te verum et únicum Deum, falsa nostri témporis simulácula iúgiter contemnémus et nómini tuo benedícto tantúmmodo demus glóriam.* ⇒ 26
- *Canticum Cf. Ap 19, 1-2. 5-7. Oratio ut in hebdomada I, Dom. ad II Vesp.*
⇒ 103; 180
- *Tempore Quadragesimæ: Canticum 1 Petr 2, 21-24. Oratio ut in hebdomada I, Dom. ad II Vesp.* ⇒ 227

3.2. Lunedì della seconda settimana

3.2.1. Ufficio delle letture

- *Psalmus 30 (31), 2-17. 20-25 - Dómine sancte Pater, qui in passióne exaudísti vocem Fílii tui, ad te clamántis eíque mirificásti misericórdiam tuam, esto protéctor Ecclésiæ et cor in te sperántium vigilánter confórta in exercénda caritaté, ut demum in magnanimitáte tua exsúltent et læténtur.* ⇒ 116

3.2.2. Lodi mattutine

- *Psalmus 41 (42) - Dómine Deus, fons aquæ saliéntis in vitam, qui fámulos tuos ad te peregrinántes benígno vultu réspicis, nostram ad te sitim, sicut illam cervórum ad fontes aquárum, iam mane exstíngue, ut, de verbo tuo ineffabíliter satiáti, ad tabernáculum sanctum tuum perveniámus lætántes.* ⇒ 87
- *Canticum Eccli 36, 1-7. 13-16 - Deus univérsi, qui in Verbo tuo incarnáto glóriam tuam manifestásti atque in Christo crucifíxo sanctitátem tuam nobis revelásti, mirabília in Ecclésia benígus rénova, ut, a malígno liberáta, sanctitátis tuæ testimónium fiat atque, in te adunáta, glóriam tibi débitam sine fine canat.* ⇒ 42
- *Psalmus 18 (19) A - Deus, qui ad mundum illustrándum tuæ lúmine claritátis Verbum tuum ad nos misísti, solem iustítie et veritátis, ut ipsíus elóquia in omnem terram exírent, concéde nos, quæsumus, glóriam tuam in opéribus mánuum tuárum perpétuo magnificáre.*
⇒ 52

3.2.3. Ora media

- *Psalmus 118 (119), 41-48 VI (Vau)* - Véniant super nos misericórdia tua et salutáre tuum secúndum elóquium tuum, Dómine, ut semper legem tuam custodiámus et, ambulátes in latitúdine caritátis, de testimóniis tuis vita et opéribus loquámur. ⇒ 226
- *Psalmus 39 (40), 2-14. 17-18* - Deus vitæ et bonitátis fons, qui Verbum et Unigénitum tuum in mundum misisti, ut, caro factus, obœdiens usque ad mortem et exaltátus resúrgens, grátiam Spíritus Sancti tui in Ecclésiám effúnderet, dona ut tuam iustítiam faciéntes a perículis eruámur donec cánticum novum tibi fundámus gaudéntes. ⇒ 44

3.2.4. Vesperi

- *Psalmus 44 (45)* - Dómine Deus Pater, qui per Verbum et in Spíritu Sancto tuo humánum genus cum divína natúra nuptiáli foédere sociásti, custódi, quæsumus, in unitáte Ecclésiám tuam varietáte géntium congregátam, ut dum te corde puro dilígimus, principátum ætérni sæculi in communióne cum sanctis mereámur. ⇒ 81
- *Canticum Eph 1, 3-10. Oratio ut in hebdomada I, Fer. II ad Vesp.* ⇒ 200

3.3. Martedì della seconda settimana

3.3.1. Ufficio delle letture

- *Psalmus 36 (37)* - Dómine Iesu, qui páuperes spíritu proclamásti beátos, doce nos, quæsumus, nec æmulári poténtes nec divítibus invidére, sed simplici corde confidéntes in Patre, ante ómnia regnum suum exquirere. ⇒ 108

3.3.2. Lodi mattutine

- *Psalmus 42 (43)* - Erue nos, omnípotens Deus, ab omni iniquitáte, et ad altáre exsultatiónis admítte, ut, immíssa veritáte lucéque Christi tui córdibus nostris et illi conformáti, in monte sancto et tabernáculis maiestátis tuæ cum frátribus nostris te iúgiter laudémus. ⇒ 134
- *Canticum Is 38, 10-14. 17-20* - Dómine sancte Pater, qui Iesum Fílium tuum ad nostram salutem, mortis timórem ac pavórem experíri voluísti, et post eius resurrecciónem Spíritum vitæ, a te procedentem, homínibus donásti, concéde ut nos hódie et cunctis diébus vitæ nostræ resurrecciónem Christi vita et móribus proclamémus. ⇒ 115
- *Vel:* - Dómine Deus vivéntium, qui demonstrásti magnam poténtiam tuam in Fílii tui Iesu Christi resurrecciónem per virtútem Spíritus Sancti in consummationem sacrificii paschális, reple nos

hódie bonitátis tuæ donis ut vita ac móribus resurrectiõnis nũntium proclamémus. ⇒ 85

- *Psalmus 64 (65)* - Spes ómnium fñium terræ, Deus, vísita et inébria Ecclésiã tuã orationémque súpplícem famíliæ tuæ exáudi, ut, dum te plausu cónsono, hymno modulánte persúltat, múltiplici fructu pinguéscat. ⇒ 222

3.3.3. Ora media

- *Psalmus 118 (119), 49-56 VII (Zain)* - Deus, qui humilitátem nostrã spe vitæ æternæ ínterim consoláris, præsta ut in loco peregrinatiõnis nostræ ita tibi iúgiter serviámus, ut perénni pátriæ beatitúdine perfruámur. ⇒ 59
- *Psalmus 52 (53)* - Prospíciens de cælo tuo super fílios hóminum, Deus piíssime, pone términum insipiéntiæ nostræ, ut, bonum operánte et glóriã tuã requirénte, tibi soli de puritáte cordis íntegra placeámus. ⇒ 206
- *Psalmus 53 (54), 3-6. 8-9* - Salvã fac, Dómine, Ecclésiã tuã in nómine Fílii tui exoránte, eãque ab omni tribulatiõne éripe ut, dispérsis inimícis eius, ubíque nomen tuum, quóniam bonum est, célebret et voluntárie tibi sacrificet. ⇒ 217

3.3.4. Vesperi

- *Psalmus 48 (49)* - Omnípotens sempitérne Pater, qui per Dóminum Iesum dívites admonuísti et beátos páuperes proclamásti, reple, quæsumus, mentem nostrã Evangélii tui sapiéntia, ut, mémore magnitúdinis misericórdiæ tuæ caritátis ópera exercénte, divítias nostras in Christo inveniámur. ⇒ 191
- *Canticum Ap 4, 11; 5, 9. 10. 12. Oratio ut in hebdomada I, Fer. III ad Vesp.* ⇒ 95

3.4. Mercoledì della seconda settimana

3.4.1. Ufficio delle letture

- *Psalmus 38 (39)* - Custódi Dómine viã nostrã ne lingua delinquámus ut, in actiõnibus nostris, Spíritus Sancti grátia adiuvánte, ea thesaurizémus in sãculo, quæ te tribuente in cælo capiámus. ⇒ 28
- *Vel:* - Da nobis fámulis tuis, Dómine Deus super omnem veritátem, peregrinántibus adhuc in hac terra humilitátem et custódi viã salutis nostrã ne delinquámus in lingua, ut, in meditatiõnibus

nostris spiritali igniculo ardescénte, ea thesaurizémus in sáculo, quæ te tribuente in perpétuum capiámus. ⇒ 30

- *Psalms 51 (52)* - Totius mundánæ vanitátis destrúctor, omnípotens Deus, fac nos in domo tua sicut virens olíva fructífera, ut in tua misericórdia sperémus, et vultum tuum in conspéctu sanctorum tuorum contemplári exspectémus. ⇒ 224
- *Vel:* - Omnípotens Deus, fac nos in domo tua procul a calumniatoribus vívere et fructum sicut virens olíva fructífera dare, ut in tua misericórdia sperántes vultum glóriæ tuum in conspéctu sanctorum contemplári exspectémus. ⇒ 174

3.4.2. Lodi mattutine

- *Psalms 76 (77)* - Mirábílium ómnium operátor imménse, Dómine, qui quondam aquas in aspéctu tuo sisténtes deinceps in vivas mutásti, te humlíter implorámus, ut, suscepta voce nostri clamóris, gregem Ecclésiæ tuæ, ab omni angústia liberátum, per sémitas vitæ ad terram promissiónis dedúcas et misericórdiam, quam numquam oblivísceris, nobis largiáris. ⇒ 164
- *Canticum 1 Sam 2, 1-10* - Sapientíssime Deus, qui vitam ac mortem operáris et crucis mystérium sapiéntibus necnon prudéntibus abscondísti, paupéribus vero atque párvulis revelásti, victóriam tuam Ecclésiæ concéde et eius filios, vitæ pane nutritos, usque ad cæléste convívium civitátis sanctæ Ierúsalem una cum ómnibus sanctis dírige. ⇒ 218
- *Psalms 96 (97)* - Altíssime super omnem terram, Deus, qui omnes hómnes salvos fácere vis et in Christo glóriam tuam manifestásti, réspice, quæsumus, in fámulos Ecclésiæ tuæ, ut hódie et semper in præcéptis tuis ámbulent et in hómnum civitáte concórdes vívere váleant, donec ad refrigerium domus tuæ lætántes pervéniant. ⇒ 9

3.4.3. Ora media

- *Psalms 118 (119), 57-64 VIII (Heth)* - Deus, qui præcépta tua custodiéntibus pórtio esse voluísti, præsta ut, líberi a peccatorum fúnibus, iustificatiónum tuárum vínculis illigémur. ⇒ 67
- *Vel:* - Deus sapiéntiæ, qui promisísti beatitúdinem custodiéntibus legem tuam, duc nos, quæsumus, servos tuos in viam conversiónis perscrutádo Sacras Scriptúras per diem, ut, præcépta tua fidéliter observémus et líberi a peccatorum fúnibus, iustificatiónum tuárum vínculis illigémur. ⇒ 41

- *Psalmus 54 (55), 2-15. 17-24* - Deus, qui pro géneris húmani salúte Verbum tuum, ante sæcula manens, conditiónem humánam suscipere et a familiári discípulo prodíri voluísti, exáudi súpplícis Ecclésiæ tuæ oratiónem, et præsta ut ea, te merídie et omni témpore laudans, ab huius sæculi tempestáte salvári mereátur. ⇒ 69

3.4.4. Vesperi

- *Psalmus 61 (62)* - Deus, salutáre ac spes ánimæ nostræ qui reddes unicuíque iuxta ópera sua, exáudi plebem tuam coram te cor suum effundéntem, ut nos, incérta divitiárum renuéntes et omni mundána vanitáte contémpita, pace repléti te solum sequámur. ⇒ 75
- *Psalmus 66 (67)* - Confiteántur tibi pópuli, Deus, quia, tua propitiánte virtúte, terra dedit fructum suum, árborem crucis; illúmina, quæsumus, vultum tuum super nos, et misericórdiam úberem benedictionémque Ecclésiæ tuæ largíre perpétuam, ut omnes gentes per eam salutáre tuum agnoscéntes, in te læténtur et exsúltent. ⇒ 24
- *Canticum Cf. Col 1, 12-20. Oratio ut in hebdomada I, Fer. IV ad Vesp.* ⇒ 166

3.5. Giovedì della seconda settimana

3.5.1. Ufficio delle letture

- *Psalmus 43 (44)* - Exsúrge Dómine in auxiliúm Ecclésiæ tuæ, sæpe in púlvere humiliátæ, quæ in tua dilectiône confídat; líbera eam, quæsumus, vultus tui illuminatióne, ab oppróbriis vitiórum inimicisque, sicut dèxtera tua et bráchio tuo dignátus es patres nostros salváre. ⇒ 138

3.5.2. Lodi mattutine

- *Psalmus 79 (80)* - Réspice de cælo et vísita, Dómine, víneam tuam, quam in Christo plantásti et poténti dèxtera liberásti, ut, in tua caritáte radicáta, pálmities suos usque ad mare exténdat, et bonórum in te frúctuum ubertáte læténtur. ⇒ 211
- *Vel:* - Réspice de cælo et vísita, Dómine, víneam tuam, quam plantátam primum in Ægýpto et tum in Israel, postrémum in Ecclésiám per óperam redemptionis Christi transtulísti, vísita eam cleménter extenténtem pálmities suos usque ad mare túrbidum vitæ nostræ, ut in caritáte tua radicátam, bonórum in te frúctuum ubertáte læténtur. ⇒ 212

- *Canticum Is 12, 1-6* - Dómine Iesu, qui dixísti: Si quis sitit, véniat ad me et bibat, is qui in me credit, sitim nostram torréntibus aquárum de tuo Spírítu manántibus propítius exstíngue, ut amóris tui modo sitiéntes ipsum nos fontem gáudii in vitam ætérnam saliéntem inveniámus. ⇒ 106
- *Psalmus 80 (81)* - Dómine, qui eduxísti pópulum tuum de terra Ægýpti, dírige Ecclésiám tuam, quæsumus, ad panem vitæ suscipiéndum ut, ex ádipe fruménti et de petra dulcédine tuórum verbórum nutríti, semper in viis tuis ambulémus nominisque tui confessióne lætémur. ⇒ 130

3.5.3. Ora media

- *Psalmus 118 (119), 65-72 IX (Teth)* - Bonitátem, prudéntiam et sciéntiam doce nos, Dómine, ut, contra dolos supérbiae, toto corde mandáta tua servémus ac sancta et beneplácita confessióne te sectémur. ⇒ 17
- *Psalmus 55 (56), 2-7b. 9-14* - Clarífica nos cælésti misericórdia, Deus, fons vitæ et orígo lúminis sempitérni, ut, omnem iniquitátem et supérbiam renuéntes, ad torréntes tuæ caritátis, e Christi passióne defluéntes, pascámur et ubertáte domus tuæ repleámur. ⇒ 20
- *Psalmus 56 (57). Oratio ut in hebdomada I, Fer. V ad Laud.* ⇒ 169

3.5.4. Vesperi

- *Psalmus 71 (72)* - Omnípotens Deus, qui solus facis mirabília, nomen tuum benedíctum in sáecula implorámus, ut, humiliáto calumniatóre et liberátis paupéribus ex oppressióne, pacem pópulo tuo iustitiámque largíri dignéris, quibus tibi benedícere váleat in ætérnum. ⇒ 178
- *Canticum Ap 11, 17-18; 12, 10b-12a. Oratio ut in hebdomada I, Fer. V ad Vesp.* ⇒ 72

3.6. Venerdì della seconda settimana

3.6.1. Ufficio delle letture

- *Psalmus 37 (38)* - Inténde, Dómine, in adiutórium filiórum tuórum, quos pretióso sáanguine Christi tui redemísti, ámove a nobis indignatióne, quam merúimur, sed cleméntiæ tuæ tríbue largitátem. ⇒ 149

3.6.2. Lodi mattutine

- *Psalmus 50 (51). Oratio ut in hebdomada I, Fer. VI ad Laud.* ⇒ 213
- *Canticum Hab 3, 2-4.13a. 15-19* - Omnípotens ætérne Deus, qui Fílium tuum pro mundi vita mortem crucis subíre fecísti ut mundus, eius resurrectione, glória tua repletur, opus tuum dénuo instaura notúmque éffice per Ecclésiám tuam, ac eam perduc in æternitátis Pascha. ⇒ 170
- *Psalmus 147 (147 B)* - Dómine, qui filiis tuis beneficiórum tuórum largitatem effúndis, confórta portas Ecclésiæ tuæ, et pone términis eius pacem, eíque ádipem spiritalís fruménti dignánte attribue. ⇒ 131

3.6.3. Ora media

- *Psalmus 118 (119), 73-80 X (Iod)* - Scimus, Dómine, quia iustum est iudícium tuum, ídeo obsecramus æquitatem tuam, ut véniant super nos miseratiónes tuæ, fiat cor nostrum immaculátum in iustificatióibus tuis et non confundámur, sed in te consolémur. ⇒ 219
- *Psalmus 58 (59), 2-5. 10-11. 17-18* - Dómine, Deus virtútum, qui es refúgium nostrum in die tribulatióis sicut Christi tui præsidium in diébus carnis suæ fuísti, líbera nos a malo et in tua fide confírma, ut, erépti de operántibus iniquitatem, cantémus fortitudinem tuam et semper misericórdiam tuam exaltémus. ⇒ 125
- *Psalmus 59 (60)* - Omnípotens sempitérne Deus, qui pópulo tuo dura ostendísti sed signum metuéntibus te dedísti, salva súpplícem Ecclésiám dexteræ tuæ auxílio, ut, dum ad fructum boni óperis in tribulatióibus exercitátur, tua semper grátia consolétur. ⇒ 188

3.6.4. Vespri

- *Psalmus 114 (116 A)* - Imménsæ misericórdiæ Pater, qui liberásti nos a néxibus mortis et ab angústiiis inférni solvísti, éripe, quæsumus, in huius peregrinatióis procéssu, óculos nostros a lácrimis et pedes nostros a lapsu, ut ambulémus coram te in regióne vivórum et ad réquiem perveniámus perféctam. ⇒ 146
- *Vel:* - Omnípotens et miséricors Pater, qui per resurrectionem Fílii tui liberásti nos a néxibus mortis et ab angústiiis inférni solvísti, éripe, quæsumus, in huius peregrinatióis procéssu, óculos nostros a lácrimis et pedes nostros a lapsu, ut ambulémus coram te in regióne vivórum et ad réquiem perveniámus perféctam. ⇒ 181

- *Psalmus 120 (121)* - Pater poténtis grátiae, qui in domo tua aeterna sedem quiétis et locum refrigerii nobis parásti per Fílium tuum ad dexteram tuam sedéntem, esto, quæsumus, custos nostræ securitátis et auxiliúm in itíneris huius angústis, ut vita nostra usque ad éxítum ab omni malo custodiátur immúnis. ⇒ 199
- *Canticum Ap 15, 3-4. Oratio ut in hebdomada I, Fer. VI ad Vesp.* ⇒ 60

3.7. Sabato della seconda settimana

3.7.1. Ufficio delle letture⁴

- *Psalmus 105 (106)* - Dómine, Deus perénnis glóriae, meménto semper nostri et salvos nos fac, qui infidelitátum nostrárum sine número sincéram ágimus pæniténtiam, ut, a peccáti servitúte discússi et a te benígne corrépti, videámus bona electórum tuórum et in laude tua gloriémur in aetérnum. ⇒ 124
- *Psalmus 135 (136)* - Omnium creátor in cælis et in terra, Deus, memor esto humilitátis nostræ et miserére nobis, quóniam in aetérnum misericórdia tua, et, qui quondam pátribus nostris terram aliénam in hereditátem donásti, nos, a peccátis líberos et de tuis paschálibus escis enutrítos, in tua hereditáte constitúe. ⇒ 192

3.7.2. Lodi mattutine

- *Psalmus 91 (92)* - Altíssime et aetérne Deus, cúius ópera magnificáta sunt in Christo, fac nos, quæsumus, exsultáre in opéribus mánuum tuárum, ut, per noctem et mane misericórdiam et veritátem tuam nuntiántes, in átriis domus tuæ sicut palma floreámus. ⇒ 8
- *Canticum Dt 32, 1-12* - Pater ac Redémptor noster, qui Fílium tuum pro salúte nostra tradidísti, quique redémptos super alas áquilæ in Regnum tuum adduxísti, ut de pane verbi tui nos enutríres, ne permíttas a te defícere quos munéribus implevísti, sed in tua iustítia et bonitáte líbera nos a malo. ⇒ 195
- *Psalmus 8* - Admirábile nomen tuum unánimes laudámus, omnípotens Deus, qui omnem creatúram mundi hómīni subiecísti, et Fílium tuum glória honoréque coronásti Ecclésiæ caput, ad ómnium hómīnum dignitátem extolléndam, ac súplices te rogámus ut nos ad tui nóminis glóriam proclamándam dignos effícere dignéris. ⇒ 6

⁴ La prima *Oratio* che accompagna il Salmo 105 (106) è per il tempo di Avvento, Natale, Quaresima e Pasqua; mentre la sconda accompagna il Salmo 135 (136) per il tempo ordinario.

3.7.3. Ora media

- *Psalmus 118 (119), 81-88 XI (Caph)* - Adiuva nos, Dómine, in verbum tuum sperántes, ut, vivificáti secúndum misericórdiam tuam, testimónia oris tui custodiámus atque caritáte tui et fratrum ardeámus. ⇒ 5
- *Psalmus 60 (61)* - Protége, Dómine, spes nostra, Ecclesiám tuam a fínibus terræ ad te clamántem ut, a te fortitúdinis turre præmuníta, inhabitáre tabernácula æténa et psalmum nómini tuo dícere in sæcula mereátur. ⇒ 207
- *Psalmus 63 (64)* - Tutéla ómnium credéntium, Deus, custódi Ecclesiám tuam a timóre inimíci et a convéntu malignántium, qui eam occúltis iáculis impugnáre nitúntur, ut in te iusti læténtur et omnes recti corde gloriéntur. ⇒ 225

4. TERZA SETTIMANA DEL SALTERIO

4.1. Domenica

4.1.1. Primi Vespri

- *Psalmus 112 (113)* - Excélse super omnes gentes Dómine, qui réspicis in cælum et in terram súscitans ínopem et páuperem, te rogámus ut, in sinu matris Ecclesiæ collocáti, a solis ortu usque ad occásum nomen tuum benedíctum laudáre possímus. ⇒ 137
- *Psalmus 115 (116 B)* - Deus, qui pretiósam in conspéctu tuo mortem ómnium censes sanctórum, súscipe benígnus nostram hóstiam laudis et disrúmpe quantócíus filiórum ancillæ tuæ víncula, ut tibi reddámus cotídie vota nostra coram omni pópulo et futúra Ierúsalem gáudia prælibáre mereámur. ⇒ 68
- *Canticum Phil 2, 6-11. Oratio ut in hebdomada I, Dom. ad I Vesp.* ⇒ 62

4.1.2. Ufficio delle letture

- *Psalmus 144 (145)* - Miserátor et miséricors Dómine, qui spiritálem cibum omni ánimæ mínistras témpore opportúno, prope esto ómnibus invocántibus te in veritáte, imple devotiónem tíméntium te et deprecatiónem eórum exáudi, ut, salvi a te facti, diligámus te et nomen sanctum tuum benedicámus in sæculum. ⇒ 167

4.1.3. Lodi mattutine

- *Psalmus 92 (93)* - Dómine Deus, qui ómnium rex es et, patérna præcínctus virtúte, orbem terræ firmásti, exáudi, quæsumus,

súpplīces tuos: índue nos fortitúdine, testimónia tua hódie íterum fac credibília, et domum Ecclésiæ tuæ, quam sánctitas decet, in longitúdine diérum custódi. ⇒ 96

- *Canticum Dan 3, 57-88. 56. Oratio ut in hebdomada I, Dom. ad Laud.* ⇒ 186
- *Vel:* - Omnípotens sempitérne Deus, qui cunctórum cælitum laudem adorationémque per sæcula in sólio glóriæ tuæ récipis, gratiárum étiam actiónem cum laude ómnium creaturárum propítius admítte, quam Ecclésia tua, nova família tua, tibi offert per Iesum Christum ómnium mediatórem et Dóminum. ⇒ 187
- *Psalmus 148* - Dómine, quem in excélsis ángeli et virtútes et a terra omne, quod a te auctóre sumit originem, laudant, súscipe benígne, quæsumus, per os Ecclésiæ tuæ totíus creaturæ cánticum propter gloriósum Agni tui triúmphum, ut conféssio tua exáltet fidem famulórum tuórum et in sénsibus eórum vígilet tua æténa laudátio. ⇒ 129

4.1.4. Ora media

- *Psalmus 117 (118). Oratio ut in hebdomada I, Dom. ad Horam mediam.* ⇒ 18

4.1.5. Secundi Vespri

- *Psalmus 109 (110), 1-5. 7. Oratio ut in hebdomada I, Dom. ad II Vesp.* ⇒ 189
- *Psalmus 110 (111)* - Deus cuius misericórdia plena est terra, qui splendor Ecclésiæ et tuórum coróna sanctorum es, tribue, quæsumus, fámulis tuis timórem nóminis tui, quod est inítium sapiéntiæ, et præsta, ut in concílio iustórum esca satiemur cælésti et, sacrificio singulári, mirabílium tuórum memóriam celebrémus, donec testaménti tui æternitáte felíciter perfruámur. ⇒ 32
- *Canticum Cf. Ap 19, 1-2. 5-7. Oratio ut in hebdomada I, Dom. ad II Vesp.* ⇒ 103; 180
- *Tempore Quadragesimæ: Canticum 1 Petr 2, 21-24. Oratio ut in hebdomada I, Dom. ad II Vesp.* ⇒ 227

4.2. Lunedì della terza settimana

4.2.1. Ufficio delle letture

- *Psalmus 49 (50)* - Dómine et Rex noster, te rogámus ut, præ ómnibus holocáustis legis antíquæ, nos suscípias una cum Fílio tuo, qui caritátem nobis ut legis adimpletiónem consignávit, in sacrificium laudis, quo tuas iustítias enarrátes, iter illud, quod Salvátor noster prævívit et osténdit, iúgiter gradiámur. ⇒ 100

4.2.2. Lodi mattutine

- *Psalmus 83 (84)* - Dómine Deus virtútum, exáudi matutínam oratiónem pópuli tui et accrésce eius spem futúráe civitátis ut ad eam ascéndere cúpiat et, ámbulans a virtútibus in Virtútem, Christum in quo victória nostra et futúra gáudia sunt, conscéndere mereátur. ⇒ 84
- *Canticum Is 2, 2-5* - Dómine sancte Pater, in mundo pace carénte, qui sui destructiÓnem ánxie méruit ac tamen spem contra spem ánimo colit, concéde, quæsumus, Ecclésiæ tuæ Christum pacem nostram annuntiáre et ita operáre, ut fiat unitátis totíus humáni géneris sacraméntum. ⇒ 112
- *Psalmus 95 (96)* - Dómine Iesu, Verbum Dei caro factum, qui ventúrus es iudicáre pópulos in veritáte, præsta, quæsumus, ut Ecclésiá tua, dum in spe réditum tuum desideránte expéctat, continénte annúntiet inter gentes glóriam tuam, donec omnis terra cánticum novum tibi cantet. ⇒ 110

4.2.3. Ora media

- *Psalmus 118 (119), 89-96 XII (Lamed)* - Deus, cuius verbum in cælo constitútum est in ætérnum, te precámur ut omnes servi tui cotídie et legem tuam meditántes scruténtur et eam opéribus caritátis et iustítie ímpleant. ⇒ 47
- *Psalmus 70 (71)* - Dómine, Deus vivéntium, fortitúdo et refúgium nostrum, qui iuventútem perénnem donas per regeneratiÓnis lavácrum et pane singulári lætíficas, ne derelínquas nos in témpore senectútis, sed ad nos aurem tuam inclína, ut, in próspere et in advérsis tuæ voluntáti concórdes, psaltério tuam fidelitátem celebrémus. ⇒ 126

4.2.4. Vesperi

- *Psalmus 122 (123)* - Deus, qui hábitas in cælis et Fílium tuum, vultum misericórdiæ tuæ, misísti, ad te levámus óculos nostros, precántes ut, confutátis oppróbriis abundántium superborúmque, sólitam misericórdiam nobis cleméter indúlgeas. ⇒ 58
- *Psalmus 123 (124)* - Benedíctus Deus, qui cælum terrámque fecísti et semper in nobis es, líbera ánimam nostram de láqueo venántium ut, erépti a déntibus inimicórum et ab aquis intumescéntibus, adiutórium nostrum in nómine tuo celebrémus in ætérnum. ⇒ 14
- *Canticum Eph 1, 3-10. Oratio ut in hebdomada I, Fer. II ad Vesp.* ⇒ 200

4.3. Martedì della terza settimana

4.3.1. Ufficio delle letture

- *Psalmus 67 (68)* - Mirábilis et benedíctus Deus, qui in altum ascéndere Fílium tuum fecísti, iustis Spíritum tuum donans, præsta, quæsumus, ut, ex antíqua servitúte per paschále mystérium liberáti, ad terram promissiónis pèrgere et glóriam tuam in pátria exsultántes cantáre valeámus. ⇒ 163

4.3.2. Lodi mattutine

- *Psalmus 84 (85)* - Remítte, Dómine sancte Pater, iniquitátem plebis tuæ, et misericórdiam et veritátem tuas in Christo revelátas, quæ nos in viam pacis perdúcunt, nobis osténde, ut corda nostra spiritalís igne caritátis inflamméntur. ⇒ 210
- *Canticum Is 26, 1-4. 7-9. 12* - Omnípotens sempitérne Deus, cuius Fílius instrúxit novam civitátem, Ecclésiám tuam, lumen géntium, super fundaméntum Apostolórum, da nobis grátiam ut, firmáti testimoniis mártirum in adimplénda voluntáte tua, sactificátionem per viam concórdiæ et pacis consequámur. ⇒ 185
- *Psalmus 66 (67). Oratio ut hebdomada II, Fer. IV ad Vesperas* ⇒ 24

4.3.3. Ora media

- *Psalmus 118 (119), 97-104 XIII (Mem)* - Da nobis, Dómine, sic legem tuam dilígere ut eam semper meditémur in corde, et dignáre, quæsumus, fáucibus nostris elóquii tui inférre dulcédinem, ut valeámus a viis pravis pedum nostrórum subtráhere vestígia. ⇒ 31
- *Psalmus 73 (74)* - Creátor ómnium, Dómine ante sácula Rex ætérne, ne obliviscáris fœderis quod in cruóre Fílii tui firmásti sed memor

esto congregati6nis tuæ, quam possedisti ab iníitio, atque 6mniũ te quærentium voces propitiatus exaudi. ⇒ 27

4.3.4. Vesperi

- *Psalmus 124 (125)* - Esto, D6mine, quæsumus, in circúitu p6puli tui, qui secúro sústines fundaméto, neque permíttas nos ad iniquitátem manus exténdere, sed præsta pacem tuam semper inquirere, donec, grátia adiuvánte, sortem iust6rum pertingámus in cælis. ⇒ 135
- *Psalmus 130 (131). Oratio ut in hebdomada I, Sabbato ad Officium lectionis* ⇒ 107
- *Canticum Ap 4, 11; 5, 9.10.12. Oratio ut in hebdomada I, Fer. III ad Vesp.* ⇒ 95

4.4. Mercoledì della terza settimana

4.4.1. Ufficio delle letture

- *Psalmus 88 (89), 2-38* - Deus, qui servum tuum Iesum 6leo sancto unxisti, eúmque excésum posuisti præ régibus terræ, ut promissiones, quas iurásti David, adimpléres in sémine, et in Primogénito testaméntum novum firmáres perpétuum, ne obliviscáris, quæsumus, f6ederis tui, sed érué nos de manu ínferi ut, tuas misericórdias decantátes, a morte perpétua liberémur. ⇒ 71

4.4.2. Lodi mattutine

- *Psalmus 85 (86)* - D6mine, Deus miserátor et miséricors, pátiens et multæ misericórdiæ, consoláre famíliam tuam et exaudi orati6nes p6puli tui, érué nos in die tribulati6nis ex inférno inferi6ri, ut tui vultus contemplati6ne illumináti, desidéria carnis spiritáli dominati6ne calcémus. ⇒ 121
- *Canticum Is 33, 13-16* - Deus sanctus, fortis, immortalis, qui in rubi igne nomen tuum revelásti, et in Christo novæ legis postuláta ostendísti, tríbe nobis et frátribus qui longe sunt, ut perféctam a te procedéntem iustítiam iustis opéribus adimpleámus. ⇒ 40
- *Psalmus 97 (98)* - D6mine sancte Pater, Salvatóri, quem in mundum misísti ad revelándam iustítiam tuam géntibus, fac nos adhærere et, qui quondam iudicári venit pro p6rditis, æquitátem et misericórdiam, cum advénerit, pro quibus iudicátus est, largiátur. ⇒ 120